BIBL. DE L'UNIVERSITÉ
OBLONGS
32

# THÈSES
# ANCIENNES
# DU
# XVII E SIÈCLE
# 1

## THESES ANCIENNES

Exemplaires coupés, sans les gravures.

(270 thèses en 2 v.obl.)

--ooOoo--

| | Discipline: | Soutenue le: | Volume: | N°: |
|---|---|---|---|---|
| ALESME (Jean d') | Philosophie | ...Juin 1639 | I | 2 |
| ARNOUX (F.Martial) | Théologie | 31 août 1669 | I | 3 |
| ASSELINE (Jean) | Philosophie | 6 août 1661 | I | 4 |
| AUBERT (Jean) | Philosophie | 18 août 1652 | I | 5 |
| AUBERT (Jean) | Théologie | 3 juill.1660 | I | 6 |
| AUGET (Paul) | Théologie | 29 janv.1656 | I | 7 |
| AUMONT (Léonard) | Philosophie | 28 juil.1658 | I | 8 |
| BACHELIER REMUS (Nicolas) | Théologie | 4[févr.]1662 | I | 9 |
| BARIN DE LA GALISSONNIERE (Henri-Louis) | Théologie | 26 août 165.. | I | 11 |
| BARRÉ (Charles) | Philosophie | 22[juil]1666 | I | 12 |
| BASTONNEAU (Robert) | Théologie | [8 févr]1652 | I | 13 |
| BAUDO (Pierre) | Théologie | ...mars 1666 | I | 14 |
| BAUDRAND (Henri) | Théologie | 28 mai 1664 | I<br>I | 15 ,et<br>15bis. |
| BEAUVEAU LE RIVAU (Pierre-François de) | Théologie | 10 juill.1659 | I<br>I | 16 ,et<br>16bis. |
| BEGON (Scipion) | Théologie | [6 déc.]1669 | I | 17 |
| BELLOCIER (Charles) | Philosophie | 4 août 1668 | I | 18 |
| BERNIER (Charles) | Théologie | 24 mai 1662 | I | 19 |
| BERRUYER (Simon) | Philosophie | 19 juil.1662 | I | 20 |
| BERTRAND DE LA PÉROUSE (François de) | Philosophie | ? | I | 21 |
| BILLET (Nicolas) | Théologie | 22 mars 1670 | I | 22 |
| BINARD (Pierre) | Théologie | 30 Juil.1669 | I | 23 |
| BLAKE (Fr.Henri) | Théologie | [23]fév.1631 | I<br>I | 24 ,et<br>24bis. |
| BLOVET DE CAMILLY (Pierre-François) | Théologie | 17 nov.1661 | I | 25 |
| BLOVET DE THAN (Jean) | Théologie | 9 août 1652 | I | 26 |
| BOETELLE (Adrien) | Thèsesophie | 17 août 1653 | I | 27 |
| BOISCOURION (Anianus de) | Philosophie | 14 avr. 1666 | I | 28 |
| BOLLIOUD (Jean) | Théologie | 24 mai 1669 | I | 29 |
| BONNET (Jacques-Florent) | Philosophie | 5 juill.1665 | I | 30 |
| BOUCHER (Joseph) | Théologie | [4]janv.1663 | I | 31 |
| BOUCHER (Joseph) | Droit canon | 3 décem.1663 | I | 32 |
| BOUCHERON (François) | Théologie | 13 janv.1662 | I | 33 |
| BOUILLON (Emmanuel-Théodose de La Tour d'Auvergne, duc d'Albret, Cal de) | Philosophie | 16 août 1660 | I | 1 |
| BOUQUIN (Robert) | Théologie | ...déc. 1664 | I | 34 |
| BOURGEOIS (François) | Théologie | 6 févr. 1655 | I | 35 |
| BOURREE DE REVEILLON (Jacques) | Théologie | 30 avr. 1663 | I | 36 |
| BOVIAC (François) | Théologie | 8 octob.1661 | I | 37 |
| BRAGELONGNE (Pierre de) | Philosophie | 31 juil.1661 | I<br>I | 38 ,et<br>38bis. |
| BRIDIEU LINIERES (Roger-Antoine de) | Théologie | 19 avr. 1655 | I | 39 |
| BRINDEAU (Pierre) | Théologie | 15 févr.1656 | I | 40 |
| BRINDEAU (Pierre) | Théologie | 24 oct. 1661 | I<br>I | 41 ,et<br>41bis. |
| BRUNO (F.Didier) | Philosophie | 13 juil.1670 | I | 42 |
| BURNEL (Guillaume) | Théologie | 23 janv.1662 | I | 43 |
| BURTIO (Etienne de) | Théologie | ...mars 1662 | I<br>I | 44 ,et<br>44bis. |
| BUTILIER (Edouard) | Philosophie | 2 août 1665 | I | 45 |
| CAMUS DE BAIGNOLZ (Carolus) | Théologie | 11 févr.1654 | I | 10 |
| CAMUSAT (Pierre) | Théologie | [5 mai] 1649 | I | 46 |
| CAMUSET (Louis-Jean) | Philosophie | 16 juil.1662 | I | 47 |
| CAMUSET (Pierre) | Philosophie | 13 août 1662 | I | 48 |
| CAMUSET (Pierre) | Théologie | 3 juill.1669 | I | 49 |
| CANAYE (Charles) | Philosophie | 10 août 1656 | I | 50 |
| CARDONVILLE (F.Charles de) | Théologie | 3 juill.1662 | I | 51 |
| CASTEL (François Perrard) | Philosophie | 25 juin 1668 | I | 52 |
| CATINAT (Clement) | Théologie | 3 juill.1663 | I | 53 |
| CAVELIER (Antoine) | Philosophie | 6 juill.1659 | I | 54 |
| CAVOYE (Pierre de) | Philosophie | 28 juin 1663 | I | 55 |
| CERMOISE (Paul) | Théologie | 26 janvier1664 | I | 56 |
| CHAPELLAIN (César) | Théologie | 6 févr. 1662 | I | 57 |
| CHARDON (Jean) | Philosophie | 24 juil.1670 | I | 58 |
| CHARPANTIER (Nicolas) | Théologie | 26 juil.1663 | I | 59 |
| CHARTON (Médéric) | Philosophie | 17 oct. 1662 | I | 60 |
| CHARTRAIRE (Germain) | Théologie | [12]jan.1662 | I | 61 |
| CHEMINEAU DE MARCAYS (François) | Philosophie | 10 juil.1661 | I | 62 |
| CHEON (Pontius) | Droit canon | 30 août 1658 | I<br>I | 63 ,et<br>63bis. |
| CHESNEL (Louis) | Théologie | 27 oct. 1662 | I<br>I | 64 ,et<br>64bis. |
| CHOMEL (Claude) | Philosophie | [30]août1654 | I<br>I | 65 ;et<br>65bis. |
| CLEMENT (Claude) | Théologie | [27]août1664 | I | 66 |
| CLEMENT (Claude) | Théologie | 10 déc. 1665 | I | 67 |
| CLERMONT-TONNERRE DE CRUSY (Antoine-Benoît) | Philosophie | 6 août 1662 | I | 68 |

1158445544

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| COLMAN (Daniel)........... | Droit | 20 mars 1666 | I<br>I | 69 ,et<br>69bis. |
| COMMINGE (Pierre)......... | Philosophie | 10 juil.1661 | I | 70 |
| COMPAIN (Adrien).......... | Théologie | 4 juill.1669 | I | 71 |
| CONSTABLE (Guillaume-Edmond de). | Philosophie | 13 juil.1669 | I | 72 |
| COTTY (F.François)....... | Philosophie | 13 août 1662 | I<br>I | 73 ,et<br>73bis. |
| COUREAU DE PRESSIAT(René).. | Théologie | 31 janv.1662 | I | 74 |
| COURTOT (F.François)...... | Théologie | 21 janv.1662 | I | 75 |
| COUSIN (Nicolas).......... | Théologie | 6 juill.1669 | I | 76 |
| COUSIN (Nicolas).......... | Droit canon | 4 décem.1669 | I | 77 |
| CRAMOISY (Jean)........... | Théologie | 16 juin 1656 | I | 78 |
| DACLIN (Charles-Larent)... | Théologie | 6 août 1669 | I | 79 |
| DALY (Thaddée)............ | Philosophie | 27 juin 1666 | I | 80 |
| DATON (Guillaume)......... | Philosophie | 24 août 1664 | I | 81 |
| DEHALUS (Jacques)......... | Philosophie | 8 septe.1658 | I | 82 |
| DELAMET (Léonard)......... | Théologie | 26 juin 1655 | I | 83 |
| DELATTRE (Alexandre)...... | Théologie | 4 janv. 1653 | I | 84 |
| DELECEY (Gabriel)......... | Théologie | 22 août 1669 | I | 85 |
| DEMORGUES (Joseph-Scipion). | Droit canon | 23 avr. 1665 | I | 86 |
| DEMOUHERS DE LA GRANGE (Jean).... | Philosophie | 6 août 1662 | I | 87 |
| DESCAULES (Louis)......... | Philosophie | 29 juin 1665 | I<br>I | 89 ,et<br>89bis. |
| DES HAYS DU FOSSARD(Louis). | Philosophie | 25 juil.1662 | I<br>I | 88 ,et<br>88bis. |
| DESPINAY DE SAINCT LUC (Louis). | Philosophie | 29 août 1666 | I | 90 |
| DEVOUGES (Claude)......... | Théologie | /11/fév.1653 | I | 91 |
| DIROYS (François)......... | Droit canon | 12 févr.1665 | I | 92 |
| DROUARD DES MARESTS (François). | Théologie | /11/jan.1662 | I | 93 |
| DROYNET (F.Charles) et GAZON (Simon)........... | Théologie | ../avr/ 1657 | I | 94 |
| DU FOUR (Pierre).......... | Théologie | 26 nov. 1665 | I | 95 |
| DUFOS (Pierre)............ | Philosophie | 20 août 1662 | I | 97 |
| DU MESNIL POTTIER(Charles). | Philosophie | 16 juil.1662 | I | 96 |
| ESCOURAILLE (Francis d')... | Théologie | 6 mars 1662 | I | 98 |
| ESMERY (Pierre)........... | Philosophie | 25 août 1659 | I | 99 |
| FAUVEL (André)............ | Philosophie | 10 août 1652 | I | 100 |
| FERON (Nicolas)........... | Philosophie | 17 juil.1667 | I | 101 |
| FERRARD (Philippe)........ | Théologie | 7 sept. 1669 | I | 102 |
| FOIX (Henri-Charles)...... | Philosophie | 11 sept.1661 | I<br>I<br>I | 103,et)<br>103bis)<br>103ter) |
| FORCEDEBRAS(Charles)...... | Théologie | 15 mai 1656 | I<br>I | 104,et )<br>104 bis) |
| FOUCQUET (Yvon)........... | Philosophie | 25 juil.1646 | I | 105 |
| GALLYOT(Charles).......... | Théologie | 23 juil.1669 | I | 106 |
| GARNIER (Antoine)......... | Philosophie | 20 juin 1648 | I | 107 |
| GERARD (Isaac-Anselme).... | Théologie | 30 janv.1664 | I | 108 |
| GIFFORD (Bonaventure)..... | Théologie | 26 janv.1672 | I | 109 |
| GIRARD (F.Sébastien)...... | Théologie | 13 sept.1657 | I | 110 |
| GOBERT (Michel)........... | Philosophie | 21 juil.1667 | I | 111 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| GODET (Pierre)............ | Philosophie | 25 juil.1660 | I.<br>I | 112 ,et<br>112bis. |
| GODET DES MARAIS(Paul de).. | Philosophie | 24 juin 1667 | I | 113 |
| GONDOVIN (Raymond)........ | Physique | 16 août 1654 | I | 114 |
| GORRÉ (Jacques)........... | Philosophie | 9 juill.1656 | I | 115 |
| GOYET DE BECHEREL(François) | Théologie | 4 décem.1657 | I | 116 |
| GROYN (Germain)........... | Théologie | /27/fév.1662 | I | 117 |
| GUENON (François)......... | Théologie | 2 mai 1663 | I | 118 |
| GUERIN (Etienne).......... | Théologie | 17 juil.1654 | I | 119 |
| GUIGNARD (André).......... | Théologie | 14 nov. 1653 | I | 120 |
| GUILOU (François)......... | Théologie | ...janv.1655 | I | 121 |
| GUILLOYRE (Louis)......... | Philosophie | 10 août 1661 | I | 122 |
| GUITONNEAU (Adrien)....... | Philosophie | 19 août 1659 | I<br>I | 123 ,et<br>123bis. |
| HACTE (Nicolas)........... | Philosophie | 19 août 1659 | I | 124 |
| HAMEAU (André)............ | Théologie | 15 nov. 1667 | I | 125 |
| HAMON (Jean).............. | Médecine | ....... 1645 | I | 126 |
| HAMON (Jean).............. | Médecine | ....... 1646 | I<br>I | 127 ,et<br>127bis. |
| HARLE (Jean-Baptiste)..... | Philosophie | 1er août1661 | I | 128 |
| HEDERMAN (Donat).......... | Philosophie | 7 juin 1664 | I<br>I | 129 ,et<br>129bis. |
| HENNEQUIN (François-Louis). | Philosophie | 9 juill.1658 | I<br>I | 130 ,et<br>130bis. |
| HOULLIER (Etienne)........ | Philosophie | 22 juil.1661 | I | 131 |
| ILLIERS D'ENTRAGUES(Joseph d').. | Philosophie | 26 juin/.?./ | I | 132 |
| JAPPIN (Jean-François).... | Droit canon | 19 févr.1661 | I | 133 |
| JAPPIN (Jean-François).... | Théologie | 16 nov. 1661 | I | 134 |
| JARDE (Pierre)............ | Théologie | 9 juin 1662 | I | 135 |
| JOLLAIN (Jean)............ | Théologie | 15 déc. 1662 | I | 136 |
| JOLY (Melchior)........... | Philosophie | 16 août 1660 | I | 137 |
| JOUVANCOURT (Nicolas)..... | Philosophie | 9 juill.1662 | I<br>I<br>I | 138 ,et)<br>138bis )<br>138ter ) |
| JOUVIN (Jacques-François).. | Philosophie | 28 janv.1663 | I | 139 |
| JUIF (François)........... | Théologie) | 28 juin 1644 | I | 140 |
| LABORIE (Jean)............ | Théologie | 23 oct. 1659 | I<br>I<br>I | 143,et)<br>143bis)<br>143ter) |
| LAFFEMAS (Laurent de)..... | Théologie | ? | I | 144 |
| LA HAYE (Laurent de)...... | Théologie | 24 nov. 1659 | I | 142 |
| LAISNÉ (Jean) ............ | Théologie | 1er juin1669 | I | 145 |
| LAMARTELIERE (François de). | Philosophie | 2 août 1654 | I<br>I | 146 ,et<br>146bis. |
| LAMY (Jean)............... | Théologie | 12 mai 1656 | I | 147 |
| LAMY (Jean)............... | Théologie | 5 mai 1656 | I<br>I | 148 ,et<br>148bis. |
| LANGAN DE BOISFEVRIER (Robert de)... | Philosophie | 20 juil.1659 | I | 149 |
| L'ANGLE (Nicolas de)...... | Philosophie | 10 août 1663 | I | 141 |
| LANGLE (Robert de)........ | Philosophie | 2 juill.1662 | I | 151 |
| LANGLEE (François)........ | Philosophie | 13 févr.1665 | I | 150 |

# QVÆSTIO THEOLOGICA.

*Quis nos redemit de maled icto legis?* Pauli ad Gal. 3. c.

CHRISTVS, Deus & homo; creator, creatura; verbum, infans; immenſus, paruus, æternus, temporalis; caro factum; comprehenſor & viator; Dei & hominis filius; ab æterno de ſolo Patre genitus, in tempore & in mundo de ſola muliere natus: principium & finis: qui fecit vtraque vnum; attingens à fine vſque ad finem fortiter, ſuauiterque diſponens ac reparans omnia, per Incarnationis mirabile myſterium: à ſæculis æternis tum Angelis cum hominibus, naturali lumine abſconditum. Solâ omnipotentiâ diuinâ neutra natura repugnante, nullâque neceſſitate vrgente, poſſibile: nullô conuincenti argumento paganis demonſtrabile; nullô, item niſi valde alieno exemplo incredulis familiare: Patriarcharum votis aſſiduè olim exoptatum: Prophetarum oraculis, præcipuè Iacob, Danielis, & Aggæi; Iudæis prænunciatum: ſupernaturalis fidei lumine Chriſtianis perſuaſum: diuinæ maieſtati non incongruum: humanæ conditioni honorificum. Conuenientiſſimo plenitudinis tempore; ſceptrô de domo Iuda ſublatô: 70. hebdomadibus ſuper populum abbreuiatis, fœliciter adimpletum. Ante Adami caſum, ob præclara motiua, longè ante præuiſum; quo tandem miſerrimè prolapſo; eô etiam fine intentum: vt eſſet D. Iuſtitiæ compenſandæ; paternæque iræ pacandæ argumentum: corruptæ naturæ ſublimandæ medium, eiuſdem ſubleuandæ, redimendæ, vel etiam præſeruandæ, non vnicum, ſed inter tot alia, quæ Deo deeſſe, minimè poterant, efficaciſſimum remedium: quô finem acciperet omne peccatum, deleretur iniquitas, vngeretur ſanctus ſanctorum. Futurum etiam, ſi non quoad omnes circunſtantias; ſaltem quoad ſubſtantiam; ſi primus parens, primi præcepti D. præuaricator non extitiſſet.

DEVS fortis: non enim infirmæ & imbecillis creaturæ, hoc opus eſt: ſed dexteræ Excelſi ſtupenda mutatio: non quâ deſierit eſſe quod erat ſed qua inceperit eſſe, quod non erat: in eo namque integram naturam diuinam adoro: eumdem patri conſubſtantialem, & per omnia ſimillimum fateor (Ario licet pertinaciter reluctante.) Hoc manifeſte probant quę de ſeipſo ſępiùs protulit oracula, qualia ſunt; ego & Pater, vnum ſumus. Ego ex Deo proceſſi, ego in patre, & pater in me eſt, &c. Probant maxime quæ in hoc myſterio reconduntur prodigia. Nulla ſiquidem creatura, quantùmuis eleuata potuit eſſe cauſa efficiens, Phyſica, principalis vnionis hypoſtaticæ. Etenim beata Virgo vt nullius peccati nedum originalis labe maculata, (quod negaſſe D. Bernardum, qui aſſerit non intelligit;) vt ex ipſo matris vtero ſanctiſſima; Altiſſimi virtute obumbrata; ac ſpiritus ſancti gratiâ, ſtatim ac Verbum Dei per Gabrielem miſſum, ſuſcepit, repleta; vt id, quô proxime Chriſti caro formaretur, Deuſque verus & homo; mox ad Verba ancillæ conſenſum præbentis, conciperetur, humillimè miniſtrans; vt eumdem in vtero geſtans, &c. veraque Dei & hominis mater, ſimul & virgo ſemper remanens: non incongruè quidem vocabitur huius D. negotii inſtrumentum, minimè verò pręfatæ vnionis efficiens cauſa, nec proximum fundamentum. Quod enim incorrupta, ſemperque viri neſcia conceperit: quod ex puriſſimis eius ſanguinibus, diuinitùs motis, & per breue ſpatium, ad generationis locum delatis, & alteratis, corpus Chriſti remotè coaluerit: quod eodem inſtanti, quo perfectè organizatum fut animatum ſimul, & Verbum incarnatum prodierit: quod ſine corruptione, fœcunda, ſine grauedine grauida, &c. Totum certè D. omnipotentiæ tribuendum.

HOMO nouus, de cælo cæleſtis. Ille ſiquidem verè factus eſt homo, qui non Angelos, non quamuis aliam creaturam, rationalem, irrationalem &c. totam nec partem, ſubſtantiam vel accidens; (quod aliàs potuiſſe non inficior) at congruentiùs ſemen Abrahę apprehendit. Hic inquam corpus aſſumpſit, verâ carne humanâ veſtitum, omnibus ſuis partibus eſſentialibus, integrantibus &c. etiam ad ornamentum pertinentibus abſolutum, paſſibile licet, alterabile, ac mortale, animam item rationalem intellectu & vtrôque appetitu præditam: paſſionibus etiam, ſed attemperatis ſubditam, integram dico naturam, eiuſdem ſpeciei cum noſtra, actu exiſtentem; ſolô ſupoſitô ei naturaliter debitô deſtitutam; Verbum D. ſibi, eô ordine vniuit, vt prius etiam executione totum aſſumpſerit, quam partes. Quid mirum ſi quando eſuriit, ſitiuit, doluit, fatigatus eſt, paſſus ac mortuus, ſi nonnunquam deſiderauit, timuit, fugit miratus eſt &c. Id enim quia placuit dùm opus fuit, ſibi contigit. Fertur numquam ægrotaſſe, quem nec decuit deſperaſſe. Formam ſerui accipiens, patre minor, Angelis paulòminus inferior, vniuerſa lege ſuperior; præceptum moriendi, cui ſe inuiolabili votô, adſtrixerat; factus obediens vſque ad mortem, liberè adimpleuit. Potens opere miracula fecit, virtute non innatâ, ſed diuinâ, in ipſo conceptionis inſtanti acceptâ, & humanitati tanquam inſtrumento morali iunctâ. Prædeſtinatus eſt filius Dei naturalis: (non appellabo adoptiuum, ne Fœlici & Helipando hærere videar, Neſtorium ſecutis.) Omnium prædeſtinatorum iuremerito primus, caput & exemplar: cauſa denique tam finalis quam meritoria; neque ideo formaliter & abſolutè omnipotens, nec vbique pręſens cenſendus.

MEDIATOR Dei & hominum Chriſtus Ieſus; mundum Deo, in ſe reconcilians. Duæ quippe ſunt in Chriſto naturæ; ergo duæ perſonæ Neſtorii Commentum eſt. Vnica eſt perſona, ergo & vnica natura, vel vnica voluntas; Eutichetis & monothelitarum mendacia profers: extrema ſunt hæc. Sed ſi media via incedas; admittaſque cum duabus naturis impermixtis & inconfuſis, duas pariter voluntates ſine pugna, totidem intellectus ſine errore aut ignorantia; perſonam vnam vnicumque ſuppoſitum, ſecurus eris. Vnio in hoc negotio interueniens, vt cumque productiua eſt; non ſubſtantiæ, non qualitatis, aut alterius cuiuſdam accidentis abſoluti; ſed relationis, extrinſecùs aduenientis, non mutuæ; non ad naturam D. præcisè, ſed ad perſonam; in humanitate ſola, tanquam in proprio ſubjecto receptæ, à qua humanitas habet, quô formaliter perſonetur, non quô beatificetur; id enim præbere, munus diuinitatis eſt. De ſe accidentalis reperitur, ſubſtantialis tantùm denominatiuè propter extrema vnita. Si vt actio, ſeu materialiter conſideretur, toti Trinitati facilè tribuitur; erit enim ſic opus ad extra: ſi vt relatio, ſeu perſonatio, ſolius Verbi eſt: omnium quidem maxima, ſed in ratione doni. Potuiſſent ſingulæ perſonæ DD. aſſumere & terminare totidem naturas, numerô vel ſpecie diſtinctas, propriis ſubſiſtentijs ſpoliatas; illis remanentibus, minimè. Potuiſſent & eamdem, ſed alternis vicibus. Potuiſſet & vna perſona plures ſimul aſſumere, poſſet quoque eſſentia D. quid ſimile præſtare, ſed non perſonaret. Quorum omnium nihil naturæ nec ſuppoſito creato de lege ordinaria concedendum Terminus formalis eius prædicta relatio, totalis & principaliter intentus, ipſe Chriſtus, qui etiam aliquô ſenſu dici poteſt compoſitus, ſed compoſitione oppoſitâ ſimplicitati.

SALVATOR, per gratiam ſuam, quæ omnibus hominibus apparuit; cuius plenitudinem omnem habuit tam gratis datæ, quàm gratum facientis, ſtatui & conditioni ſuæ conuenientis. Fuit igitur in illo gratia habitualis iuſtificans eiuſdem ordinis ac ſpeciei cum noſtra; non à natura ei congenita, neque ex vi ſolius vnionis hypoſtaticæ promanans; non de gremio ſubjecti educta; ſed immediatè à Deo ſolo creata, in gradu omni ratione ſupremo illi collata, & in ſinu humanæ ſuæ voluntatis recepta, quâ non perſonaliter, ſed formaliter ſanctus fieret. Licet enim aliunde iuſtus, Deo gratus, & amicus fieri potuerit, ſiue per admirabile diuinitatis cum humanitate commercium; ſiue per quoduis aliud ſupernaturale donum, abſolutâ Dei potentiâ creabile; placuit tamen, hoc Sacro-ſanctô iuſtitiæ oleô, ſic eum ſuperungere, quô connaturaliùs mereretur, condecentiùs operaretur, & quô veluti ſalubriori medicamine, peccatorum noſtrorum vulneribus mederetur. Non fuit actu & de facto in infinitum intenſa, nec totô tempore vitæ eius aucta; fuit tamen effectiuè, & comparatione facta ad omnes alios iuſtos. Hinc virtutes nullæ illi defuerunt; infuſæ, acquiſitæ, morales, Euangelicę, &c. (Fidem & ſpem excipe,) non dona ſpiritus S. nequidem aliqua gratia actualis excitans; inutilis quidem ad operationes beatificas eliciendas, ſed interdum ad humanas moraliter bonas, & omnes actus meritorios, tempore, locô, & ſecundum omnes alias requiſitas circunſtantias, liberè & ſupernaturaliter producendos, non incongrua, non eſt etiam remouendus ab eo timor Domini, alias reuerentialis dictus; ille inquam, qui verſatur circa majeſtatem Dei vt potentis abſolutè malum culpæ aliquando permittere, & malum pœnæ pariter infligere.

REDEMPTOR: non corruptibilibus aurô aut argentô, ſed pretioſô ſanguine, paſſione, ac morte, quaſi agni immaculati; qui dedit ſemetipſum Redemptionem pro omnibus, propitiationem pro peccatis noſtris, & totius mundi. Adeóque, licet eius ſatisfactio & meritum, formaliter & intrinſecè, non fuerint infinita, neque etiam ſecundum omnem exactam iuris rationem completa; ita tamen delicto ſuperabundauit gratia: vt nedum ex perfecta iuſtitia proceſſiſſe, nedum iniuriæ irrogatæ æquiualuiſſe; ſed quàmuis acceptatio ex parte Dei Patris non ſuperueniſſet, omne quantumuis graue læſæ D. Majeſtatis crimen fuerit, copioſiſſime, verum ſit, exceſſiſſe. Meruit ſiquidem Chriſtus ab eo inſtanti, quô homo eſſe & viuere cœpit ad vltimam vſque vitæ ſuæ periodum, per actus omnes liberos voluntatis non Diuinæ, ſed humanæ elicitos, & imperatos omnium virtutum & præceptorum, quorum exercitium, ipſum non decedebat, (comprehendendo actus etiam amoris beatifici;) ſibi, exaltationem ſui nominis, corporis gloriam, reſurrectionem, ad cælos Aſcenſionem, ſpiritus ſancti miſſionem, iudicis poteſtatem, &c. Non autem ſuam Incarnationem, habitualem gratiam, nec beatitudinem, quod tamen abſolutè potuiſſet. Nobis omnes diſpoſitiones ad primam gratiam, augmentum illius, liberationem à ſeruitute peccati, remiſſionem culpæ, pœnę relaxationem; & hoc hominibus ſpeciale. Meruit item primam ipſam gratiam iuſtificantem, gloriam eſſentialem, & prædeſtinationem ad vtramque; quod nobis cum Angelis fuit commune. Non meruerunt ſancti patres de facto ſubſtantiam, nec intrinſecas circunſtantias huius myſterij; nequidem ipſa beata Virgo ſuam maternitatem, ſaltem de condigno. Quod vero penitus extrinſecum & accidentale fuit, votis & precibus aſſiduis obtinuiſſe, aut obtinere potuiſſe, quid obſtet, non video.

PONTIFEX maximus, & ſacerdos æternus; ex hominibus aſſumptus, ſublimis cuiuſdam ordinationis, per poteſtatem excellentiæ, ſuper omnes alios, cuiuſcumque ... Pontifices, pro hominibus conſtitutus, & iuxta ordinem Melchiſedech à Deo appellatus; qui non ampliùs per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, in vtroque ſacrificio profuſum, cruento nimirum & incruento; quoad vſum quidem, in fine mundi abrogando, quoad valorem vero, in æternum duraturo: perpetuáque oratione, vere poſtulatoriâ, eaque efficaciſſimâ, introiuit ſemel in ſancta, &c. Semperque viueret ad interpellandum pro nobis. Talis namque decebat vt eſſet nobis Pontifex, Sanctus, Innocens, &c. Impeccabilis inquam, omni prorſus impeccabilitate, procedente formaliter quidem ex iuſtitia habituali, objectiuè & condecenter ex vnione hypoſtatica, principaliter demùm & intrinſecè, ab ipſa diuinitate, vt intimè præſente, præſeruante, & ex pacto diuino beatificante naturam ſibi ſic vnitam. Et conſequenter excludente, nedum omne peccatum, ſed & peccati fomitem, omnémque potentiam & prauam inclinationem ad illud. Dignus ſane qui fieret ſupremum omnis principatus & poteſtatis caput, Angelorum, hominum beatorum, viatorum, fidelium, infidelium, &c. (Dæmones & damnatos excludo.) De cuius plenitudine omnes acciperent, & in quos omnes influeret, de eodem quidem fonte, ſed valde diſpari influxû; promanante, non à virtute ſolius ſuæ ſuperabundantis gratiæ, non item ſolius vnionis hypoſtaticæ, ſed à duabus ſimul junctis; poteſtatem quandam excellentiſſimam, ad hoc munus obeundum coefficientibus; idque tam per humanitatem quam per diuinitatem, per corpus ac per animam; principalius ſemper per id quod nobilius & fortius eſt.

REX noſter pacificus & manſuetus, non temporalis ſed æternus; totius quidem orbis, in actu primo iure meritò Dominus, quoad vſum verò, regnum eius non erat de hoc mundo; vnde Iudæorum non fuit ſpeciali quodam titulô, aut hæreditario iure princeps. Potentiſſimus tamen, cuius voluntati, nedum homines, Angeli, dæmones, &c. Sed & venti & mare ad nutum obtemperabant. Cuius ſanctiſſimis ac optimis legibus, nullus mortalium non ligatur. Sapientiſſimus; in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi: beatæ, infuſæ, per ſe & per accidens, acquiſitæ, &c. Per quarum primam: (qua Angelos & beatos omnes facilè præcelluit:) non tantum eſſentiam D. attributa, perſonas, &c. apprehendebat: ſed cætera omnia quæ Verbum videt, in eodem verbo etiam intuebatur. Non actualiter, ſiue ſimul recipiendo aut eliciendo ſingulas intellectiones infinitorum objectorum repræſentatiuas; ſiue vnicam duntaxat, ad illa omnia objecta terminatam; ſed habitualiter, non habitu propriè ſumpto intellectui inhærere nato; ſed quatenùs virtute primi actus verſantis circa eſſentiam; Seu Verbum D. in quo creata omnia repræſentantur, habet vnde ea omnia attingat. Huiuſmodi ſcientia fuit in ipſo ſumma; comprehenſiua, non niſi impropriè. Per ſecundam vniuerſa etiam creata indagabat cuiuſcumque generis & ordinis, non per conuerſionem ad phantaſmata, ſed per ſpecies intelligibiles infuſas, per ducentes intellectum humanum Chriſti ad cognitionem non intuitiuam ſed abſtractiuam illarum omnium rerum, in proprio genere. Secreta cordium penetrabat. Neque in his omnibus diſcurſû indigebat. Experimentali tandem vſus eſt, non quâ aliquid de nouo didiſcerit, ſed quâ puer Ieſus ætate & ſapientiâ coram Deo & hominibus proficeret.

IVDEX iuſtus ac tremendus, Angelorum & omnium hominum viuorum ac mortuorum; à Deo per poteſtatis plenitudinem poſitus, ſtatim ac homo factus. Pater enim omne iudicium dedit filio, *Ioan. 5. c.* Hâc tamen poteſtate ſeu officiô, quandiù in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, non præualuit; quis me conſtituit, inquit, iudicem ſuper vos? *Lucæ 12. c.* ab eo autem tempore, quô ad patrem aſcendit, eam ex parte exercet, nunc per iudicia particularia, nunc cauſas priuatas peccatorum noſtrorum quotidiè audiendo & diſcutiendo; donec in vltimo magni iudicij die impios damnet, iuſtoſque remuneret. Adorent igitur Chriſtum, tam ſimpliciter quam ſpecificatiuè ſumptum, omnes Angeli eius, omnes Reges & gentes terræ, latriâ abſolutâ: adorent illius humanitatem, ſiue vt Verbum D. de facto continentem, ſiue vt ipſum ſolùmmodo connotantem, latriâ reſpectiuâ. Quâ ratione adoranda veniunt inſtrumenta & veſtimenta omnia realia & vera quæ illius Sacrum corpus contigerunt, aut quoquomodo expreſſè aſſumpta, & in vſu fuerunt, tum ad conſummandam paſſionem & mortem eius; tum ad majorem illius gloriam, redemptionem, & ſalutem generis humani faciliùs & congruentiùs promouendam. Inſtrumenta item repræſentatiua; cuiuſmodi ſunt prædictorum omnium imagines, quandiu in profanos vſus non conuerſa, depinguntur ad ſeriò repræſentandum crucis myſterium. Humanitas autem Chriſti, prout omnimode abſtrahit à Verbo D. debet coli vt ſummùm cultû hyperduliæ: quô etiam Beatam Virginem vt Dei & Chriſti matrem ſufficiet venerari, quæ eum edidit: *Qui redemit nos de maledicto legis.*

*Has Theſes, Deô fauente, auſpiceque Beatiſſimâ Virgine Deiparâ, defendere conabitur* F. SEBASTIANVS GIRARD, *Minor Conuentus Noiſiacenſis, Facultatis, Pariſienſis Baccalaureus Theologus, ſolido die Iouis 13. Septembris anno Domini 1657.*

IN SORBONA.

PRO DECIMA-SEXTA SORBONICA.